Stanislaus Karnkowski Dei et Apostolicae Sedis
gratia Archiepiscopus Gnesnen. Legatus Natus
Regni Poloniae Primas Primusque Princeps.

Significamus hisce literis Nostris quorum interest Universis et singulis
harum noticiam habituris. Quod cum exposuissent Nobis fecissent providi
Valentinus Kurek filius Stanislai Karski Alter item Valen-
tinus Kurek Matthias Filius Martinus Kurek Advocati Villae
Nostrae Strugienice in Clave Nostra Archiepiscopali Lovicien. consisten.
quomodo ipsi hactenus nullo suo iuri innixi, ideoque per Leges Regni
semper exemptioni se obnoxios esse conscii et rem suam familiarem
in Bonis dictarum Advocatiarum minus confidenter expedirent
et obsequia Nobis inde praestari solita parum alacriter obirent.
supplicarique Nobis curaverint, ut ipsis Jus advitalitium super
Advocatias praedictas concedere dignaremur. Nos et eorum
ut pote Nobis et Mensae Nostrae utilium securitati et Nostrae
ipsorum indemnitati consulere cupientes eisdem Valentino Kurek
Filio Stanislai Karski. Alteri item Valentino Kurek Mat-
thiae Filio Martino Kurek Jus advitalitium super advocatiis in
Villa Nostra praedicta Strugienicze de consensu Venerabilium Dominorum Fratrum
Nostrorum Praelatorum et Canonicorum totiusque Capituli Ecclesiae Nostrae Me-
tropolitanae Gnesnen. dandum et concedendum esse duximus, da-
musque et concedimus ex Dei nunc per praesentes. Ita nimirum ut ipsi
Advocati Villae Nostrae Strugienicze et quilibet eorum suam Advo-
catiarum praefatarum sortes quas hactenus tenent et possident
cum omnibus attinen. et pertinen. antiquitus ad praedictas Advocatias
spectan., ad extrema vitae suae tempora teneant, habeant, possideant,
et eis utifruantur Juribus Nostris Mensaeque et Ecclesiae Nostrae semper
salvis. Promittimus autem pro Nobis et Successoribus Nostris Rmis
D.D. Archiepiscopis quod praenominatos Valentinum Kurek filium
Stanislai Karski Alterum item Valentinum Kurek Mat-
thiam

Pilies Martinum Kurek Advocatos durante vita illorum
nulla unqua de causa vel pretextu etiam pro evidenti Mensae, Culinae,
aut stabuli Nri, vel alia quavis necessitate in pfatarum Advocatiarum
possone turbabimus, turbarive a quoquam permittemus, vel ad exi-
mendum eos consensum Nrum cuiqm dabimus, sed eos quoad vixerint
in pacifica et quieta possone tuebimur et manu tenebimus. Quin-
imo etiam illis vita functis, Successores quoq ipsorum ab ipsis Advoca-
tiis nequaquam aliter amovebimus, nisi ipsis summa iuxta con-
gruam earundem Advocatiarum aestimationem integra fuerit per-
soluta. In cuius rei fidem et testimonium praesentes manu Nra
subscripsimus et sigillis Nro et Venlis Capli Nri communiri
iussimus. Datum Gnesnae die Decima quarta Mensis Junij Anno
Dni Millmo Sexcentmo Secundo. Praesentibus Rndis Venlibus et
Gnosis DD. Vincentio de Seve-Prazpto Lascen Archidiaco-
no Gnesnen Lovicien, Floriano Brosnowski Cantore Gnesnen
Posnanien Zaricicien, Swentoslao Sarnowski Gnesnen
Cancello Zaricicien Lovicien. Adamo Nowodworski Gnesnen
Nicolao Sguirnienio IVD Lovicien Canicis Laurentio
Zawecki Petro Nowowieyski Alberto Kangorski Joanne
Gralski Stanislao Howski caeterisq Curiae Praelatis Familia-
ribus et Aulicis. Stanislaus A Karnkow.
Archieps Gnesn mpa Transiit per manus Swen-
toslai Sarnowski Cancellarij Gnesnen.

Locus Sig. Arch:

Loc. sig. VC.

Claus Zehrong